[illegible]

Ostrzynowo habens sana mente et corpore existens palam ac libere recognovit. Quia Nobilis Ursula filia olim Joannis Gasiorowski Coniugi sua legitima Recognoscens dotis post eam accepta et in bona sua importata in Medietate Omnium et singulorum bonorum suorum Mobilium et immobilium in haereditate Milewo et Ostrzynowo ac alibi ubivis consistentium haereditariis paternis obligationis et aliis quovis modo ac iure titulo se concernentibus ad praesens habitorum et in post favente divina clementia habendorum et acquirendorum summam vere dotalicii Ducentorum florenorum Polonicalium addotalicii vero Ducentorum florenorum Polonicalium ut moris observare solitum aliorum dotalicorum hic in Regno Poloniae observare solitum bonorum reformat et assecurat dotalicium ac inscribit.

Milewskich Coniugum Advitalitas

Coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitaneatus Ravensis personaliter comparentes Nobilis Georgius olim Pauli Milewski ab una Et Nobilis Ursula filia olim Joannis Gasiorowski eiusdem Nobilis Georgii consors legitima partibus ex alia sani mente et corpore existentes palam publice ac libere recognoverunt et quilibet eorum suo interesse recognovit. Quia ipsi inter se mutuam advitalitatem Omnium et singulorum bonorum mobilium et immobilium in haereditatibus villarum Milewo et Ostrzynowo ac alibi ubivis consistentium haereditariis paternis maternis obligationibus summarum quarumvis pecuniariarum se quovis modo ac iure titulo concernentium habitorum et in post favente divina clementia habendorum ad extrema vitae suae tempora inscribunt tali modo Quod si prius de hac luce Deo volente Nobilem Georgium Milewski quam Nobilem consortem ipsius Nobilem Ursulam Gasiorowska decedere contigerit. Extunc ipsa bona eius Omnia mobilia et immobilia in haereditatibus villarum Milewo et Ostrzynowo et alibi ubivis locorum consistentia super ipsum Maritum suum modo quovis ac iure titulo concernentia cum universis attinentiis gratiis Omnibus utilitatibus fructibus et proventibus nullis exceptis iure Advitalitatis tenebit et possidebit ac illis usque ad extrema vitae suae tempora utifruetur. Post mortem vero ipsius bona eadem Omnia in successores mariti sui devolventur. Simili etiam modo si prius ipsam Nobilem Ursulam Gasiorowska quam Memoratum Nobilem Georgium Milewski maritum eius mori contigerit Extunc ipse bona eius Omnia mobilia et immobilia ubivis locorum consistentia summas pecuniarias eandem consortem suam quovis modo et iure titulo concernentes quaecunque morte illius interveniente derelicta fuerint tenebit habebit et possidebit ac illis ad extrema vitae suae tempora utifruetur. Post decessum vero ipsius bona eadem Omnia in successores eiusdem consortis suae absque quavis contradictione successorum ipsius devolvi debent.